se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus inscribit et obligat inscriptionemque hanc ex Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus ad Acta terrestria Premisliensia transferre et transportare se demittit... transferre et transportare seu recognitionem facere in hac vel potiori recognitionum forma. Sub vadio similis summae quinquaginta flor. pecuniae communis monetae polonicalis ad solvendum irremissibiliter et de facto succumbendo. Pro quo quidem vadio vel vadijs ex quacunque re et causa succumbit dictus reus praefatus cum successoribus existens per eundem creditorem suosque successores vel illius posteros citatus coram praesenti foro sub quacunque vel competendo coram praesenti Capitaneatibus proprijs et competendo coram praesenti Castrensi Premisliensi officio semper peremptorie respondere praemissis... illudque in dicta sententia in rem passam procedat parti. Illudque in instanti vadium pro quo citatus fuerit solvere, et praestita solutione vadij vel vadiorum inscriptionem praesentem et omnibus eius contentis tam in toto quam in quacunque minima parte tenebitur quam... eius successoribus satisfacere. Omnibus quae iure et moribus humana adinveniri et excogitari possit exceptionibus, controversijs, evasionibus, protestationibus, suspensionibus, mortis, appellationibus, earumque prosecutionibus adcitatoribus prorogationibus fatalijs in iis actione pro maiori terra vel simplici infirmitate veris... maiori terra vel simplici infirmitate... generali vel particulari aura posthac constitutionibus quibuscunque laudatis et statutis et constitutionibus quibuscunque laudatis et sancitis bello expeditione bellica legatione intra et extra regnum absentia a regno interregno literis et decretis Sac. Mtis. Regiae et respective minoremnitate et suscessori ad quietationem de inscriptione praesenti dilatione non petenda parte tum Maiori et triplici parte ac dilatione non petenda parte tum Maiori et triplici parte ac alijs omnibus quibusvis dilationibus in iis remedijs omnibus et iis abrenunciat tenebitur. Nulla prescriptione terrae obstante. Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Praemislien[si] feria secunda post Dominicam Quadragesimalem Oculi proxima

19/III Anno D[omi]ni Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Secundo. Coram Gen[er]osis Alberto Lutoslawski Gladifero t[er]rae Vices[ge]rente Cap[itane]a[tus] rumque offi[cij] Castren[sis] Praemislien[sis] Iudice. Dobrogostio Zapolski Nottario offoque et Actis.

Thurzański quietat alium.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Iwako Thurzański omisso suo quovis proprio et competenti foro et suis praetendit iurisdictioni Castrensi Premisliensi se suosque successores cum bonis suis omnibus in toto quo ad actum praesentem attinet incorporandum mente et corpore sanus existens publice praesentibusque recognovit, Quia a Nobili Ihnath Poplito Thurzański summam triginta flor. pecuniae quam eam sibi in et super laborioso Hrycko Budrowicz in villa Thurze Actis terrestribus Premisliensibus inscripsit et assecuravit recepit et manualiter levavit. De qua summa ab ipso modo praemisso percepta et manualiter levata eundem quietat et liberum facit perpetue suosque sucessores eam summam sibi similem ac totum processum seu progressum iuris ad eandem inscriptionem in quovis modo seu officio praesentandum obtentum et in quovis puncta dependentia in toto cassat mortificat et annihilat. Sibi et posteris pro praemissis omnibus perpetuum imponendo silentium.

Zolthowski quietat Orzechowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Paulus Zolthowski omisso suo quovis proprio et competenti foro et se suosque successores bonisque suis iurisdictioni praesenti Castrensi Premisliensi incorporandum et ministrandum mente et corpore sanus existens publice praesentibusque recognovit Quia sibi Generosus Remigianus Orzechowski tam pro summa centum sexaginta et quatuor flor. pecuniae quam ipsum Orzechowski in et super bonis quibusvis Actis terrestribus Premisliensibus eidem inscripsit et assecuravit quam etiam pro vadio ob non solutionem summae praefatae ad tempus in inscriptione ipsa specificatum succumbito et transgressione solutionis satisfecit.